

proprie ad ius publicum pertinet, delibasse sufficiat. 27)

## CAPVT XV.

[p.309.]

DE

## SUCCESSIONE DESCENDENTIVM.

## DISTINCTIO I.

*Inter liberos suos et emancipatos.*

Successio in feuda hodie omnium primo defertur descendentibus, licet olim aliter. 1) Inter descendentes primi sunt liberi. Hi sunt vel sui vel emancipati. 2) Sed quid haec distinctio ad ius feudale, cum sit iuris civilis antiqui? Certe eam non afferrem, nisi inter interpretes iuris feudalis, imprimis antiquiores, essent, qui usum huius distinctionis in successione feudali quaererent. Ita *Franc. SONSBECCIUS* 3) dubitat, an emancipati successio- nis feudalis sint capaces. Rationem affert, quod per emancipationem tollatur ius agnationis, 4) agnati autem soli, non cognati in feudo

[pag.310.]

Y 4

succe-

27) Pluribus eam exposuerunt *Sam. STRYCKIUS, Hulder. ab EYBEN, et Henr. de COCCEII* in disertt. de testam. Ppum. et Statuum Imperii; *Jo. Frid. PFEFFINGER* ad *Vitriarium* lib. III. tit. 20. §. 6. MOEL.

1) I. Feud. 1. §. 1 seqq.; II. Feud. II. V. Feud. 1. verb. praecipimus etiam. *Jo. SCHILTER* de natura success. feud. cap. I. §. 5 seqq. Conferas quoque quae diximus ad cap. IV. Dist. vlt. MOEL.

2) §. 9. Inst. de haereditt. quae ab intest. MOEL.

3) De feudis, Part. 9. num. 60. MOEL.

4) §. fin. Inst. de legat. agn. tutel. MOEL.